

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rhetorica divina**

**Guilelmus <Arvernus>**

**[Freiburg im Breisgau], nicht nach 1491**

[Capitula XLI (Quare per fumum thuris signatur oratio) – L]

[urn:nbn:de:bsz:31-311723](#)

# Capitulum

Verborū oronis est/ quib⁹ alia que dicta sunt  
continent/ t̄ tanq; a pelle exteriori operiunt  
Pili quoq; in vitulo isto/ strepit⁹ est vocalis  
exterior. Tales reddere debem⁹ vitulos la-  
biorū n̄rōz. pp̄ qd̄ dcm̄ ē. Reddem⁹ vitulos  
labiorū n̄rōz. Osee vlt;. vt pd̄ixi. Nō em̄ p-  
rie reddit nisi quod debet. Apparet igitur de  
omnibus que p̄cesserunt/ de vitulo isto/ q̄ iniu-  
riosum sumus deo/ etiā in illis p̄que iniurias ir-  
rogatas eidem emēdare debem⁹. Quis enī  
nō videt/ innumerabiles in ecclesia clericorū  
tam seculariū q̄s etiā claustralium/ nec etiam pi-  
los vitulorum istorum dno reddentes/ nec ea vo-  
cali strepitu in ecclesijs resonant/ sed tanq; in  
dormitorio medias matutinas/ aut etiā inte-  
gras dormiunt. nunq; eas postmodū domio  
reddentes aut restituentes. A huius p̄ vocib⁹  
ofonis/ vocibus inutiliū fabulationū/ aut eti-  
am seculariū negociorū in eis strepunt et tu-  
multuant: tractates sibi inuicē sua secularia/  
et interdum negotiaciones faciētes pculdu-  
bio domiū ofonis/ domiū negotiatiōs. Exe-  
crabilius aut̄ est/ q̄ p laudibus et hymnis dei  
turpiloquij/ pphantant et polluit: t̄ ipm̄ dei  
seruitū/ et chorū diuinis honoribus et laudi-  
bus consecratū. Sunt et alij qui vt pelle vi-  
tuli istius deo reddant: totū in hoc studiū suū  
cōferunt: nec vñā syllabā vel vñū iota de tota  
integritate verborū ofonis negligi pmiten-  
tes. Et hoc vtq; bonū est/ nisi deū potiorib⁹  
vituli istius defraudarēt/ sed dū intellectus et  
signata verborū ofonis/ vel nō habet vel nō  
curent: et si in altera pelle vici deo satissimē  
videant: in reliquo tū-i-in carnibus nō modi-  
cum sacrificiū laudis detrahunt et detruncāt.  
A huius delinquentiū circa adipēsiue pingue  
dinem/ om̄imode aridi et indeuoti orātes. cū  
offerre debeat vitulū saginatū. Clerici quoq;  
de medulla istius vituli nō curant/ et forsitan  
curare nō norunt. A huius nec pelle verborū  
nec pilos exterioris vociferationis offerre cu-  
rant/ vel dignant̄. Dicit aut̄ David ex ipsa  
recte offerentiū. Holocausta medullata offe-  
ram tibi. Quis ex magnanib⁹ hmōi fraudes  
vel rapinas vñ iniurias sibi fieri sustineret/ vi-  
delicit vt p vitulis medullatis et pinguisbus  
ex medullati/ excarnati/ macilentissimi/ et per  
oēm modū pinguedine carētes/ exossati/ de-  
corati/ et nec pilos etiā habētes offerrentur.  
An nō vides congregatiōes hmōi orantiū  
et tam apte vitulorum hmōi sacrificia teo s̄bra-  
hentiū: nedicā spelūcas esse latronū: si magis

acies vel cuneos raptorū. Quis ignorat/ q̄ si  
ne cā accipiūt stipendia oratorie militie: imo  
tanq; fures et raptore. Et ppter hoc ad resti-  
tutionem omnium sic perceptorum teneri.

Quare per fumum thuris signa oratio. et  
quid per puluerem pigmentarij. La. XLI

## Ocet nos spi

Ritualis sanctus p̄ Iohannem euangeli-  
stam Apocalyp̄. ubi dicit̄ de virgin-  
tiquattuor seniorib⁹: qui habebant singuli ci-  
tharas et phialas aureas plenas aromatorū  
que sunt ofones sanctorū. Et iterū eiusdem  
vij. Stetit angelus ante altare habēs thuri-  
bulum aureū in manu sua/ et data sunt ei incē-  
sa multa: vt daret de ofonibus sanctorum su-  
per altare aureū: qđ ē aū thronū dei. et ascen-  
dit fumus incensoriū sanctorū/ de manu ange-  
li corā deo. Per David quoq; docemur orati-  
onem incensum esse vbi dicit̄. Dirigat̄ oratio  
mea sicut incensum in conspectu tuo/ qua di-  
rectione et ascensiū ipsa quoq; anima orantis  
ascendere dicit̄ in lib. cantico. c. iii. vbi dicit̄  
Que ē ista que ascendit p̄ desertū sic virgula  
fumi: ex aromatib⁹ mirrhe et thuris: et vniuer-  
si pulueri pigmentarij. Virgula igit̄ fumi ofo ē  
qđ ē ē indicat̄ aromata mirrhe et thuris et vñii  
si pulueri pigmentarij. veteri qđ lege Ero. xxix  
thymiamata fieri iussit sibi dñs ex q̄tuor aro-  
matibus stacte: onica: galbani boni odoris: et  
thure lucidissimo. Quia igit̄ hec quatuor tñ  
aromata noiat̄ vt ex eis cōficiat̄ thymiam:  
p quod ofo rectissime intelligit̄. Ibi vñ noiat̄  
mirrha et thus: et deinde exp̄sse vñiuersi pul-  
ueri pigmentarij. Colligit̄ euidenter quia ora-  
tio pfecta ex omnibus modis suis. Virgula fu-  
mi est: qualez describit lib. Lantico. Quattu-  
or vero illa aromata: que moyses noiat̄ quat-  
tuor virtutes que in ofone necesse valde sūt  
indubitanter signant̄. sic apparebit tibi ex pro-  
prieratibus aromatiū illorū. Habet aut̄ que  
stionē quid intelligi debeat: hic puluis pigmenta-  
rius: Virtutes enim nec frangende nec con-  
terende sunt nec in puluerem redigende. qn̄  
potius in om̄i integritate sua querende. In-  
tegritas namq; carū et pfectio a deo plus dilig-  
gitur: qđ minutie vel fragmenta ipsarum. pul-  
uis aut̄ pigmentarius: vnde erit nisi ex pulmē-  
tis virtutū cōtractis atq; cōtritis. Cōfractio  
vero et contritio virtutū qđ ē n̄i mortificatio  
carū. Q̄ si forte quis dixerit: quia cōtritio

ista cordis ē. aut intelligit h̄ de corde nouo qd̄ in se creari petebat David. qd̄ v̄t̄q̄ ē bonū t̄ sc̄m. ppter hoc om̄i custodia seruādū. sicut p̄cepit Salomon Proverb. iiiij. Nō est igitur frangendū aut conterendū. Si x̄o intelligit hoc de corde veteri qd̄ totū est ex mēbris virt̄ orum t̄ pct̄rū. qualiter cor hm̄i contritum erit puluis pigmentarius: qn̄ potius puluis festidissim⁹ t̄ odoris pessimi. Debes igit̄ scire in hoc quia contritio nō ē sicut cōfractio aut contritio corporalis: que indubitanter destruc̄tio est eius quod confringit aut cōterit. sed est subtilis examinatio t̄ p̄ singula discussio q̄ examinat̄. qualiter ipsa eloquia sacra t̄ p̄fringit̄ t̄ conterit̄ dicunt̄. cū subtiliter t̄ p̄ singula discussiū examinant̄ t̄ exponunt̄: integra t̄ remanent̄ t̄ omnino nihil lesionis passa. cū sic cōfracta t̄ contrita fuerint. Utitia vero t̄ peccata/ malleo verbi dei sic confringunt̄ t̄ conterunt̄ vt penitus destruant̄ t̄ anhilant̄. Lū em̄ nō solum volūtas peccandi sed ipsa cogitatio etiā peccati/ sic confringit̄ t̄ conteritur t̄ nihil eorū prossim remanet in eis/ qui vere penitent. Contritio vero ista nihil lesionis infert/ vel suffert cordi contrito: qn̄ potius lesiones vitiorū t̄ pct̄rū in eo sanat. Nō frangit̄ igit̄ cor/ sed fractum integrat t̄ sollidat/ t̄ fractiones ipsius atq̄ contritiones omnino curat. Cōtritio igit̄ ista diligens ē t̄ subtilis examinatione ac preparatio cordis: qua sc̄ip̄m sic p̄scrutat̄: vt q̄cqd̄ deo displicere in se inueniet̄ atq̄ cognoverit: conterat atq̄ confringat vt pdixi/ malleo verbi dei semetip̄m duriter ī omnibus t̄ singulis male actis pcuriens. qd̄ est dicere v̄sq̄ ad mortificationē/ omnimodamq̄ destructionē eo: si que in se punienda cognoverunt. Cor igit̄ contritū dicit̄ p̄m duas intentiones/ v̄ic̄ fm̄ se/ vel fm̄ ea que in ipso cōterenda sunt t̄ mortificanda. Cor em̄ intelligit sensus t̄ voluntas/ t̄ sensus cū erroneous est tanq̄ periculosus cōterendus ē t̄ mortificandus in pte ista. Siliterv voluntas improba siue puerfa est conterenda t̄ mortificanda ē vita v̄t̄nihil de pueritate sua v̄ltere p̄mitatur in ipso. Nō igit̄ essentialiter cor: ī ipsa aīa conterenda est/ sed fm̄ ea que in ipsa sunt/ v̄ic̄ intellectū erroneū t̄ pueram voluntatē. H̄m̄i nanq̄ cōtritio nec frangit nec ledit in aliquo animā humanā: qn̄ potius lesionem ei⁹ t̄ plaga grauissimas/ que sunt v̄tia t̄ pct̄a/ sanat. Juxta modū igit̄ hunc dictū est illud. Cor cōtritum t̄ humiliatū deus nō despicies. Veldi

ctum est ppter hm̄i contritionē/ que procul dubio deo acceptissima est. Est em̄ sacrificiū sp̄us contribulatus/ cum nō aliud sit contribulatio sp̄us/ q̄ contritio cordis. t̄ hoc est dīcere p̄ v̄t̄jor̄ peccatis ipsiſ. Possibile nanq̄ est ex zelo rectitudinis vel alia compassione/ dolore vehemētissimo cōtribulari spiritu cor alterius. Puluis igit̄ pigmentari⁹ dictus ē spiritus. quia quāadmodū in puluere pigmentario ipsa puluerisatio/ nihil saporis vel odoris p̄mitit latere in aromatibus. Sic p̄scrutatio t̄ examinatio/ nihil latere sinit vel in sacr̄ elo quīs vel in ip̄sīs virtutibus. Tunc em̄ totus sapor t̄ totus odor/ virtusq̄ aromatū istoruſ sentit/ cum iuxta qd̄ pdixi eorum intimi t̄ diligenti p̄scrutatione examinant̄/ quod in singularis est euidenter videre virtutibus. sic doctus es p̄ me in tractatu de opib⁹ t̄ mirabilibus virtutib⁹. In expositionib⁹ vero sacrop̄ eloquiorū: vides euident̄ quod dixi/ put em̄ edicta t̄ scripta sunt sacra eloquia/ aromata integra sunt. Subtili aut̄ t̄ p̄scrutata inuestigatione exposita/ aromata cōtrita sunt atq̄ puluerisata. Si q̄s aut̄ dixerit ipsa v̄tia t̄ peccata/ contritione t̄ mortificatione quā predixi puluerem pigmentariū fieri/ sapidumq̄ et odoriferū/ ppter hoc v̄ic̄: quia indubitate placita est deo mortificatio vitiorū t̄ pct̄rū/ merito quis intentionē eius approbet. Cōbus sit quoq̄. Moyses vitulū conflatilem contruit̄ illum/ t̄ rededit in puluerē/ t̄ ipsum puluerem sparsit in aquā. Sicut copulatio seu fabricatio vituli t̄ integritas ipsius/ deo displicuit. sic cōfractio t̄ contritio ipsius vt puluis/ eidem placuisse nō īmerito dici p̄t̄. Puluis aut̄ vitiorū t̄ peccatorū in aquā p̄fessiōis semper mergendus est: tunc em̄ aqua confessio- nis v̄tia t̄ peccata lauat t̄ diluit: cū iuxta modum ante dictū contritione fuerint contrita t̄ in puluerē redacta. Mortificationes igit̄ vitiorū odorē suavitatis ad nares dei dirigunt que v̄tia sua t̄ integritate odorem mortis in mortē facientiū t̄ cōsentientiū sparget. Odo rem aut̄ abominabile t̄ odibile deo altissimo. Qua ppter p̄ viam istā/ sicut animaliū mors in sacrificiis erat ei in odorē suavitatis. Sic v̄tiorū t̄ peccatorū contritio est puluis. Iā igit̄ declaratū est tibi phoc/ quia oīo odoramentum est suavitatis/ nō solum ex parte aromatum v̄t̄oq̄ nominatorū/ sed ex parte v̄tiorū t̄ peccatorum. Experientia nanq̄ docet oīo nūbus instates q̄ nunq̄ subtilius/ nunq̄ per-

## Capitulum

scrutacius examinans sacra eloquiāt vñtutes  
nusq̄ melius/nusq̄ intiuimū sapores eorum  
et odores sentiunt̄: q̄ in orōne et etiā p̄ illam.  
Sic dico de saporibus qui sunt amaritudis  
vitiorū et peccatorū. Et de fetoribus q̄b om̄  
nes bone nares offendunt̄. Dico inq̄: q̄r uis  
q̄ melius pigmenta ista vel examinantur vel  
sentiunt̄: q̄ in orōne et p̄ illam. Ostendit aut̄  
et hoc miserato: deus miraculo euiderissimo/  
vic̄z q̄ ō deuota/odoramentū suauitatis ē/  
in quadā sancta muliere et inclusa: que cū da-  
bat se in orōne/cella eius flagrantia oratio-  
nis/tota efficiebat aromatisans. Et hoc nar-  
rauit mībi socius eius qui multoties odoris  
istius flagrantiam sensit. Nec mirū si de cōtri-  
ctione aromatiū spūalium:spirat odor spiritua-  
lis suauitatis: ppter presentia spūsancti: qui  
nō solum apotheca est omnī orōni spūalium  
sed etiam est apothecarius omnium hmōi pi-  
gmentorum/et aromatiū auctor vnicus/et lar-  
gitor benignissimus atq̄ largissimus. Ip̄e eti-  
am est pigmentarius/contritor hmōi aroma-  
tum/et confector hmōi pulueris:qua pp̄ nō  
est mirū: si de p̄sentia illi tota domus in qua  
hmōi pigmenta conterit aromatisans efficit  
qui ex p̄sentia vnius solius angeli/multoti-  
ens dom̄ aromatisasse legunt̄ in libro de mi-  
raculis sanctorum. ¶ Q̄a aut̄ virtutes in ora-  
tione motus suos opantur et aromata vñtutū-  
odores suos pulueri illi pigmentario ingerunt̄  
et imiscent. Nec dubitandum tibi est fidem si-  
ue fidei vñtute odorem suauitatis/inestimabi-  
lis/ad nares dei īmo ad nares omnī et singu-  
lorum qui sunt in curia illa celestisemp spar-  
gere. Scriptum est em̄ in Ecclastico: q̄ bene  
placitum est et mansuetudo. Primum quoq̄ sa-  
crificium humani cordis/mactatio est sensus  
humanī et sapientie mundane. Fides autem  
intellectum omnē extollentē se aduersus sci-  
entiam dei: aut mortificat penitus: aut saltez  
in captiuitatem illū redigit seu captiuitat. ¶ Q̄  
simors animalium innocentium: odorem su-  
auitatis spirabat apud deum altissimū de sa-  
crificijs hmōi animalium: quō nō potius de  
morte tam venenati animalis: et de sapientia  
humana nō ascendit odor suauissimus ad na-  
res dei altissimi: de corde hmōi animalis imo-  
lante. Et de captiuatione ista legis expōsse: i-  
Corintb. r. In captiuatione inquit Ap̄lus re-  
digentes omnem intellectu extollentem se  
versus scientiam dei: redigentes inq̄ in obse-

quiū christo. Nec ē tibi pretereūdū q̄tuū in A  
sacramēto altaris maxime odorisera ē in pre-  
ista fides et maxime victoriosa. Septē em̄ sa-  
cristia offert tibi: tanq̄ septem ibi animalia  
mactans atq̄ mortificans: ne contra scientiā  
dei que est ipsa fides in nobis ibi se erigat vel  
extollant: et primū ipsos quinq̄ sensus corpo-  
ris. Cum em̄ visus ip̄e corporalis q̄tuū in eo  
est paratus esset contradicere et asserere pa-  
rem purum esse: pureq̄ materialem solūmō  
in altari. Et negare ibi esse verū et viuificum  
panem: qui de celo descendit: aut esse ibi ve-  
rum corpus aut verū sanguinem dei: ac deus  
ac salvatorem nostrum. Fides adeo mortifi-  
cat vel saltem captiuitat vel conculcat: vt om-  
nino ab hmōi cōtradictione obmutescat. Et  
si forsitan obmurmurat: murmure tñ debiliſſe-  
mo/pressoq̄ sub pedibus fidei/ atq̄ fortiter  
calcaro hec faciat. Similiter se habet de audi-  
tu de gustu: de olorū factu: et tactu: q̄ eadez for-  
titudine atq̄ victoriositate mactat eos fides  
atq̄ conculcat. Et ppter hoc mortificatos ip-  
sos/offerte illos. In illo sacrificio corporis et san-  
guinis dei mactat imolat/calcat ac captiuitat  
sensem humanū interiorē qui est intellectus.  
Mactat inq̄ et captiuitat cum omnibus contra-  
dictionibus suis/ et rōnibus/ quibus contrail-  
lud murmurat sacramentū/ et contra fidem  
eiusdem. Secundo vero mactat errorem  
omnī philosophorū et hereticorū cum omni-  
bus contradictionibus et rationibus rōnabi-  
lissimis ipsorum. Propter qđ dixi/ quia multi  
plici flagrantia: s̄ leptem sacrificiorū aroma-  
tisat s̄i fides: et tam multiplici victoria coro-  
natur et glorificat in sacramento isto. Facilis B  
autem est tibi via similis inueniendi et agno-  
scendi in alijs virtutibus/ in ipsa orōne cū p̄-  
fecta fuerit ex omnibus suis. Cum em̄ ō pro  
inimicis ad deum fundit/ placabilissimo sacri-  
ficio paternum in eo odiūm/ abipla fraterna  
charitate in ipsa mactat atq̄ calcat: sic man-  
suetudo et patientia nostra ibi mortificant/ cū  
in orōne incurrit iniurie/ q̄s passus ē orans  
et extinguit eas inibi mansuetudo seu patien-  
tia ne iracundie incendiū in anima orātis in-  
flameat. Sichumilitas contra contumelias  
quas sibi interrogatas orans in ipsa orōne recog-  
itat/pugnās ipsas eosq̄ mortificant: vt cor-  
vindicandi simul cum eis captiuet/ simul etiā  
mactet. Eodem modo se habet et de aliorum  
vitiorum cogitationibus/ quibus antiquo ho-

stis tang<sup>r</sup> viperis seminibus seminare & ingeniare illa in ipsa oratione molitur. **C**lides igit<sup>r</sup> & oratio est multiplicitis laudis sacrificium: et multiplicitum sacrificiorum odoramentum. **H**oc est cum perfecta fuerit ex omnibus modis: non est autem possibile subitam orationem atq<sup>r</sup> breuissimam hec omnia habere. **L**olligis autem euidetur ex predictis testimonij lib<sup>r</sup>. Apocal<sup>r</sup>: q<sup>r</sup> tantus placor est sanctis omnibus & angelis & animabus: q<sup>r</sup> t<sup>r</sup> amos est eis in orationes sanctorum & t<sup>r</sup>cta telectatio eisdem ex ipsis: cum phialas odoramentorum istorum plenas in manibus suis teneat. **N**obis utrius facere videntur inter orandum: tanq<sup>r</sup> illi incessanter vel crebro: hares illas purissimas atq<sup>r</sup> sanctissimas suas porrigit<sup>r</sup> ad odoramenta. **T**hōmōi. **E**clipsas phialas ppter suavitatem odoramentorum crebro suis naribus applicat: in quo mira virt<sup>r</sup>/ magnificaq<sup>r</sup> laus orationis apparet: que de corde orantis tanq<sup>r</sup> de apotheca spissantici: tanq<sup>r</sup> de cella pigmentaria: sicut virgula sumi ex aromatibus mirre & thuris: & vniuersi pulueris pigmentarij fla grantia: aromatisans ascendit in conspectu dñi: & totam illam curiam suavitate sua repleat: & nares omnium inibi astantium reficiat et delectet: quod est super omnia hec. **I**psis autem naribus omnipotentis atq<sup>r</sup> sublimis dei: delectabilem se ingerat & placorem. **J**uxta illud quod legitur **G**esi. viii: de sacrificijs noe: quia odoratus est dñs odorem suavitatis. **D**e bes aut scire: quia benedictiones/ gratiarū cōtiones/ collaudationes/ glorificationes/ et cetera que hīmōi sunt: odoris nomine in scripturis frequentius signari solent. **F**ama q<sup>r</sup> & opinio cum bona est: odor vite in vitam. **L**uz vero mala: odor mortis in mortem interdum dicitur: sicut legitur expresse ad **C**orinth. vbi legitur: quia christi bon<sup>r</sup> odor sumus. **O**dor vite in vitā: alijs odor mortis in mortem. **A**t tendendum autem est tibi solerter ac studiose: quod audiūsti in pcedentibus de lib<sup>r</sup>. Apocal<sup>r</sup>: yic<sup>r</sup> quia stetit angelus iuxta aram templi: habens thuribulum aureum in manu sua & data sunt ei incensa multa: vt daret de orationibus sanctorum super altare aureum: q<sup>r</sup> ē ante oculos dei. **H**ec est tibi dubitandum: q<sup>r</sup> angelus iste est magni consilij angelus: q<sup>r</sup> christus dominus intelligitur. **E**t ipē est habens thuribulum aureum in manu sua: id est: cor-

omni excellentia donorum & gratiarum preciosissimum: ceteris omnibus supereminenter. **V**t aurum ceteris metallis supereminet. **H**ic iuxta aram templi stetit. **C**ū templum in illa celesti ciuitate non sit: sed potius dominus deus est in ea templum: sicut dicit Johannes euangelista **A**pocal<sup>r</sup>: ultimo. **E**t templum non vidi in ea: dominus enim deus omnipotens templum illius ē: et lucerna ei<sup>r</sup> est agnus. **C**um in templum non sit in ea: per verba ista signatur nobis sedulum ac iuge interpellandi officium: cui pro nobis incesanter assistit ipse sacerdos noster et pontifex christus dominus noster. **H**uic data sunt inessa multa: id est: dona gratiarum multa: id est: multitudine preeminentia: vt pote illi qui solus sufficit interpellatione sua impetrare nobis omnia. **C**alem enim decuit immo necesse erat propter inscrutabiles abyssos miseriariū nostrarum: nobis esse pontificem: cuius placor et gratiositas per se sufficeret nobis impretrare omnem veniam: omnem gratiam: omnem gloriam: et omne aliud bonum: contra quem nihil possent offensiones nostre: nihil omnes accusationes vel allegationes diabolice. **P**ropter hoc sunt data christo domino: incensa multa flagrantissimarum virtutum & gratiarum: vt tam sublimi pontificio seu sacerdotio idoneus esset ac sufficientissimus. **S**acerdotium ipsius vniuersale est: quod est dicere super totam vniuersalem ecclesiam: absq<sup>r</sup> exemptione vlla: talem decebat etiam tanto gregi pastorem pfici: qui ranta preeminentia omnibus alijs precelleret: vt compensatione ipsius omnes alijs essent greci: qui adeo coruscans: adeo aromatisans: adeo placatus per omnia: adeoq<sup>r</sup> gratiosus ad patrem misericordiarum accederet: vt eo aperiente os suum sacratissimum: os benedictum: os gratiarum: eoq<sup>r</sup> dante vocem interpellationis pro nobis: obmutescerent omnes accusatores et aduersarij nostri: eo prestante patrocinium cause nostre: nullus auderet ex adiūto confurgere: eoq<sup>r</sup> stante pro nobis: nullus contra nos se presumeret erigere. **Q**uantum & quante suavitatis odoramentum paras ex illa apotheca spiritus sancti: q<sup>r</sup> ipsem et christus dominus est: p<sup>r</sup> os ipsius sacratissimus ad nares p<sup>r</sup>is misericordiarū ascendere: quoties pietatis ipsius dignatio est: illud p<sup>r</sup> nobis ad

## Capitulum

interpellandum apire. Interpellatio namq[ue] ipsius thymiana est incogitabilis suavitatis; ut pote tota apotheca spissae sancti flagrantissima. Quid ergo nobis cogitandum est; cū ipsa gloriosa dei genitrix; omiq[ue] illo milium beatissimorum sc̄ angelorum et sanctorum animarum consortio; et felicitate aperiunt ora sua ad orandum pro nobis. Christus est sum' tot et tantorum aromatum? quanto suauissimorum odonum flagrantia replet̄ tota illa aula celestis? An putas patrem misericordiarum attendere illa hora ad fetores vitorum et peccatorum illorum pro quibus ora? An putas illum velle respicere ad abominationes eorundem: cum tot et tanti gratiosi vultus militarii ac sanctorum animarum quas predixi apparent ante eum? An putas ipsum posse auertere oculos misericordie sue; et vultu clementie sue ab ipsis: quodpter beatus indubitanter cuius orationis odoramentum tante suavitatis est; ut omnes nares curie celestis; ad id se aperiant; et ex illo reficiantur. Beator aut si virgule sumi sui; de qua in precedentibus audiuiti; addūtur in numerabiles illi et mesi odores celestium odorum etiorum; que predicti: virtutis innotescat orationibus Christos et quies adiutores; tales promptos et paratos; et per omnia voluntarios adiuuadū habent in curia illa sumi regis; sed et quā placore: sic est ipsius altissimi dei narib[us] et omnium ciuium celestium odoramentum pie a deo uite ofonis. Quia putas studiositate: quanto conatibus; et si venalia essent quanto periclio et sumptibus exquirerent et comparent aromata; de quibus odoramentū illud confiteretur.

Cuides igitur quod pnicosa sit ignorantia hec quem bonū imo nos tanta negligere et amittere facit. Quod aut sequit̄ in textu Apocalypsi daret de omnibus sanctorum daret materiam ipse Christus dominus odoramentum propriū quod est laudis et gratiarū actionis de orationibus sanctorum. Ipse enim est cui os sacratissimum atque benidictum; sicut non cessat a piissimis et sp̄ efficacissimis interpellationibus pro nobis: sic nec a gratiarū actionibus de omnibus beneficiis quod permanet nobis a patre misericordia.

Quid signat per altare aureum. La. XLII

**Q**uod autem seQUITUR sup altare aureum. ornatus est parabole. Uel altare aureum ipsum est. quoniam ex ipsis tanq[ue] ex altari placa-

bilissimo suscipit pater misericordiarum orationes et sacrificia sanctorum. Alter etiam altare aureum ipsa misericordia patris accipitur. Altare enim propitiatorium est: unde accepta efficiunt oblatione. Et ipsa misericordia summi patris est ex qua et per quam accepta sunt ei quecunq[ue] placabiliter et remunerabiliter eidem offeruntur a nobis per illud. Data sunt ei incensa multa; alter et non inconuenient intelligi; vicis ut accipiatur data pro eo quod est attributa. Namq[ue] domino quocunq[ue] recte sapiunt totaliter attribuunt: quecunq[ue] habent bona vel faciunt. Et propter hoc ipsi viri sancti ipsas orationes suas christo domino attribuunt: confitentes humiliter se et dono et impetracione eius accipe illas. Alter etiam satis congruent intelligitur. Data sunt ei incensa multa: vide licet quod recta et oblatā ei tanq[ue] mediatoris: ut ipse in quo soli patri et misericordiarum copulatum est offerat. De cui ore vel manibus recessarint possunt. Tanta quippe est gratiositas ipsius in conspectu dei patris: etiam fīm quod homo est mediator dei et hominum: ut quecunq[ue] patri ipsum offerunt: a nobis eidem grata sunt et accepta. Quod attendens et cognoscens omnis ecclesia in omnibus orationibus quas ad deum patrem dirigit adiungit semper dominum nostrum Iesum christum: quasi si diceret: et si non per merita nostra placere tibi potest oratio nostra vel deprecatione. Placeat tibi per ipsum quem inter te et nos mediorem constituisti: ut per ipsum placita tibi fieri et accepta: que per nos tibi placere non possunt. Est igitur hic quemadmodum in curiis magnatū: sicut est videre in curia summi pontificis: quia cancellario vel vicecancellario offeruntur uel dantur petitiones: ut ipse porrigit eas summo pontifici: atque promoueat apostolum vel coram ipso: quoniam in hoc constitutus est mediator inter petentes et sumnum pontificem. Sic Christus dominus mediator constitutus est inter totam universalem ecclesiam et patrem misericordiarum. Et propter hoc tradit ei omnis ecclesia sanctorum: oēs orationes suę petientes: offerendas deo patri misericordiarum et promouendas apud ipsum. Est igitur dicere in omnibus ecclesiis: cum dicas. Concede nobis hoc per ipsum Iesum christum dominum nostrum: et eo impetrare: quoniam istud impetrare merita nostra non sufficiunt: sed gratiositas eius in quod solo tibi bene placuit: hoc impetrare potest et sufficit. Quis hilominus tamē ab ipso christo domino nostro omnia

## XLII

bona petenda et peti debet et sperari. Sicut  
a spū sancto: qm̄ trinitas hec vñ sol⁹ ac ver⁹  
deus et dñs est: omniū seculorū vñ ac verus  
auctor: vñus solus et verus effector: vñus  
verus ac solus largitor largissim⁹ ac benignis  
simus est omniū bonorū. Et si pater honorat  
in hoc q̄ orat a tota ecclesia sanctorū: in h̄c  
orat q̄ prester que petunt: honorat et filius in  
hoc q̄ p̄ ipm̄ exorat pater ut largiat. Ita ho-  
norat in h̄c filius ut mediator: et impletator eo-  
rum. A filio minus tñ et honorat et exorat ut  
vñus auctor: vñus effector: vñusq̄ largitor  
largissimus ac benignissimus: cum ipso patre  
et spū sancto: qm̄ cū illis et cum vtroq; illorum  
et etiam p̄ ser: et in se est vñus sol⁹ et verus deus  
Quia vero factus ē hō p̄ nobis: factusq; nobis  
in eo q̄ homo: mediator: pontifex: et aduoca-  
tus: p̄ ipsum tanq; mediatorē: pontificem: et  
aduocatum nostrū: apud patrem: et semetipm̄  
in eo q̄ deus ē et spū sc̄m̄ perimus nobis om̄ia  
bona prestari q̄ ipm̄. Quia ppter dant ei ince-  
sa multa orationū: s- omniū que sunt a tota ec-  
clesia sanctorū. Nam in h̄c ei sicut pdixit tanq;  
mediatori p̄fici et aduocato: ut ip̄e eas por-  
rigat et offerat patri misericordiū: et promoueat  
apud ipsum gratiā exauditionis impletādo.  
Quia vero thymiana Exod. xxxi. oī aroma-  
tisans intelligit. Expedit et cōueniens ē v̄do-  
cearis hic: quā ob causam in cōfectione thymia-  
tatis: quattuor tñ aromaticē species in con-  
fectione seu in cōpositione ipsi⁹ assumiubent  
He aut̄ sūt stactes et onica galbanū boni odo-  
ris atq; thus lucidissimū. Stacte aut̄ gutta ē  
arboris mirrhe sicut dīc in illo loco expositor.  
In p̄s: quoq; dīc mirrha et gutta casia: q̄re  
igit p̄ expositionē cum dixit mirrha addidit et  
gutta: cuz noīe mirrha lignū arboris mirrhe  
q̄s intelligeret: ac si diceret. Mirrha nō vtriq;  
lignū sed gutta que est gūm̄ arboris illi⁹. Ja  
aut̄ didicisti alibi: quia gūm̄ istud qd̄ mirrha  
dīc: consumptua est putredinis et vermiū.  
Et ppter hoc corpora mortuoꝝ vt a putredine  
tvermibus cōseruent illesa: mirrha condun-  
tur. Quia igit̄ gratia compunctionis: et tota  
seruentia sue spurcitia p̄terite vite extermin-  
nat: vermesq; vitorū et peccatorū mortificat  
et cōsumit. Ip̄m̄ etiā odorē suavitatis spirat: si  
odoromento isto sc̄z ofonis: s- merito p̄mo po-  
nitur gratia compunctionis: que offendit vi-  
tiorū et peccatorū tollit: et irā dei placat: q̄ nū  
q̄ exaudit orantes donec eis placatus sit. Et  
q̄ mirrha litteralis odorem suavitatis habe-

at: expresse legit Eccī. xxiiij. vbi dicitur: quasi  
mirrha electa dedi suavitatem odoris: ex per-  
sona Sapientie. Onica vero astreola parua  
est ad vnguis humani magnitudinez: ppter  
hoc et onica dicitur quasi vnguina: onis nāq;  
grece vnguis dīc latine: vnde et sardonix de  
quo alibi. Sardonice faciunt duo nosa sard⁹  
et onix: est eis vere loquēdo onix lapillus qui  
apud sardos reputur: melius ergo onix dice-  
ret q̄ onica. Et est onica v̄l onix boni odoris  
ut dīc sicut et nōnulli pisciculi. In onice igī  
intelligit nō imerito gratia humilitatis q̄ ma-  
gnum locum in ofone tenet: sicut Eccī. xxxv.  
Oratio humilitatis se nubes penetrabit et  
Et est ordo congruentissimus: ut gratiam cō-  
punctionis in qua est viua recognitio vitorū  
et peccatorum comite humilitas: quia nihil  
adeo displicet deo sicut dicit Hieronymus. sic  
ceruix erecta post peccatum Galbanum ve-  
ro idcirco potissimum boni odoris inde dictū  
videtur: quoniā mirifice virtutis est odor ipsi-  
sus. Extinguit eis omnia venena draconū et  
serpentes arcet et diffugat. Elbi nihil rectius  
q̄ gratia beniuolentie seu benignitatis intel-  
ligitur. Venerata nāq; peccata et vitia ve-  
nenosa: vel potius venenata vitia et peccata  
malignitatis intelligitur. Hoc autē est pro  
animo vel studio nocendi: sine qua nunq; sūt  
qualia sunt odium: ira: iniuria et supbia: que  
sine iniuria et lesione proximorū nunq; in ali-  
quo est. Avaricia que amore lucrorum adeo  
excecat eos quos possidet: ut aliena detrimē-  
ta nec considerent nec reputent: quapropter  
noīa animalia sue maxime venenata repu-  
tandi sunt merito vel habendi. Causa autem  
in hoc evidenter est: quoniā tanq; pe-  
stilentes sue pestiferi alijs hominibus sunt.  
Quia igit̄ manifestū ē: beniuolētiā sue beni-  
gnitatem non solū studiū nocendi s- etiā omne  
alienum exterminare ab his: in quibus meri-  
to galbanum ipsa intelligitur. Debet eti-  
am scire quia peccata huiusmodi et vitia cru-  
enta sue sanguinolenta dicenda sunt: et dīc-  
tur ab eis qui in sacris doctrinis eruditū sunt.  
Hec mirum tibi videatur: si gratia ista locum  
habet magnum in oratione. Necesse est enim  
benignos benignitatē apud deum benignuz  
inuenire: quēadmodum et misericordes mis-  
ericordiam scriptum est preterea Ecclesiastici  
primo: quia quod beneplacitum est deo: si-  
des est et mansuetudo. Benignitas autem  
non est nisi mansuetudo: licet ex alia causa

# Capitulum

XLIII

benignitas ex alia aut mansuetudine nomineatur. Hoc etiam nouit Hester quae in oratione sua dicebat ad dominum. Tu domine cui mansuetorum et humilium semper placuit deprecatio sicut legitur in libro Hester. xijij. Solum errorem pietatis venenum intelligit: et venenata animalia heretici consueuerunt haberi. Et intelligo hereticos non simpliciter nec per imperitiā seductos: et in errores hereticorum prolapsos: tales enim non animalia venenata dicendi sunt: sed magis a venenatis veneno percussa. Heretici vero qui venena errorum mortiferorum predicatorum et surgerendo diffundunt: animalia venenata et serpentes nequissimi cēsendi sunt: et merito nominandi: qua propter fides ipsa merito id est galbanum spūale accipendum est: que et omnia venena hinc et ab aliis in quibus est exterminat: et in alijs etiā viueret regnare quantum potest: prohibet et auertit. Quā autem locum fides in orationibus teneat: iam didicisti in epistola Iacobi iiiij. et eiusdem c. i. Ubi dicit postulet autem in fide nihil hesitans. Pietas autem omnia vice bona impetranda: et mala auertenda seu exterminanda: recte intelligi potest galbanum spūale: et orantibus pietate sue misericordia proditis: permittitur. Matth. v. Non enim nisi stulte sperare vel petere misericordiam a deo potest: qui misericors in alios non fuerit: sicut legitur Eccl. xvij. Homo homini seruat iram: et a deo petit medelā. Et Matth. xvij. Non igit oportuit te misere ri conseruistus: Ipsa quoque veritas in euā gelio Luce expresse dicit: quod superest date elemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis. Et omnis ecclesia sanctorum cantat: sicut aqua extinguit ignem: ita elemosyna extinguit peccatum. Et est galbanum istud spūale: id est misericordia valde boni odoris: non solum a pte erogatis elemosynas: sed etiam a pte recipientium qui miro affectu et deuotione bñdicunt largitoribus et misericorditer dei erorant pro eis.

De deuotioē quā requiri in oratione. La. XLIII

**Q**uartarum species  
aromatica que in compositione ve nit thymiamatis istius: thus lucidissimum est: quod vocat clibanum quod est dicere incensum album: vocat et incensum masculum: quoniam in forma seu figura similitudinez habet testiculis humani: vel potius masculum thus dicit: id quod fortius est et maioris virtutis in omnibus animalibus mascula suunt pos-

tiora et fortiora: unde et virgilius verbenas adole pingues et mascula thura: yū et masculabilis a perso dicit. Intellexit ergo moyses thus lucidissimum: id est: purissimum quoniam de pureitate est et luciditas. Thus istud nihil rectius intelligi potest: quam in oratione deuotio. Nec tibi dubium est quantum valeat: et quantum condiat: quantum per omnia meliorat orationē deuotio. Cum dicat auctoritas: quia qui indeuotus oratione iudicium contra se postulat. In ipsa vero deuotione puritas: quid aliud intelligi potest: quam in thure luciditas. Et iam audiisti quoniam nos sit in oratione impuritas: que est admixtio voluntarium cogitationum: que sunt muscae mortientes: et perdunt suavitatem yngentis: sic audiisti in precedentibus ex verbis salomonis in ecclesiastico. Et ista suavitatis iucunditas est qua viri sancti in orationibus iucundantur.

De breuitate orationis. La. XLIII

**P**ropter hoc dicit beatus bernardus: quia oratio debet esse breuis et pauca: non quoniam prolixitas et longitudo orationis deo displiceant: nisi ubi ipsa prolixitas alijs impedimentum etiam prestat oranti. sic notum est de quibusdam sacerdotibus cereoꝝ pliuptoribus quoniam missas adeo longas faciunt quoniam tedium pliuptatis sue corda circumstantium a gratia deuotiois arescantur. Et ipsam refectionem spūalem quam in missis precipere debet: in molestie amaritudinem eis vertutem. Debet igitur poteris conqueri plus missis circumstantibus et dicere: dederunt in escam meam felicitatem. Stultitia igitur huiusmodi hominum hec est: ut qui pro pugillo deuotionis quod eis in missis tribuunt tortius populis deuotioē deo auferunt. Et pro tribus vel quatuor: ut ita dicam lachrymis compunctois vel deuotiois: vasa magna et cor deuote ac lacrymos orantibus effundantur. Ibi igitur brevis debet esse oratio: ubi brevis eius deuotio aliorum orationum: militat et deseruit: possunt etiam et alie cause abbreviēde oratiois fieri sic infirmitas corporalis: multi enim in amictu tumorum melanocolicū: propter orationes vel plögationes nimias inciderunt. Infirmitas etiam spiritualis: causa fuit apud aliquos: quoniam vehementia deuotiois adeo affliguntur: ut postmodum octo vel quindecim diebus vel pluribus languere necessario habent. Interduum autem et adeo rapiuntur: ut mors et totalis separatio a corporibus non immerito timeantur.

## XLIII

**P** Abbrevianda etiam oratio est publicis personis: hoc est platis: et curam aliorum siue temporalium seu spualem gerentibus. **M**eritis enim non sine iniuria et detimento graui subditorum prolongari non potest oportet platorum. **C**ausa autem in hoc est: quoniam debitores sunt subditis in multis iteratione officiorum suorum. **I**nterdum enim iura sunt reddenda subditis. nec potest eis differre sine graui dispendio vel spuali vel temporali. **Q**uapropter illa hora: tempandum est a prolixitate ofonis. sicut debet eis sacramenta tio: et alia innumera. que sicut afferri non potest eis sine iniuria eorum: ita interducat nec differri. **E**videt multos prolixitate missarum adeo obstinatos: ut portus eligerent missas homini non audire: quod prolixitatis tante molestia sustinere. **H**ic igitur videat mibi intellectus: et ista intentione sermonis istius beati Bertrandi. **Q**uod admodum enim dicit Lullius: quia nunquam nimis dicit quod nunquam sat satis dicit: mibi videtur quod nunquam nimis pretendit seu plongat orationem: quia nunquam de uota et pinguis oratione mihi videtur nimia posse esse nisi in casibus antedictis. **N**unquam enim mens humana familiarius cum deo est: nunquam artius ei coniungitur in vita ista: nunquam laetus ex eo resicitur: quod in oratione. **N**isi forsitan eiusdem speciei contemplationis/ de qua et alias/ si deus derit vitam et spatium et gratiam ad hoc necessariam/ desiderio est mibi et proposito scribere. **P**ost hoc autem absoluam me a promissio illo quod in precedentibus promisi/ vicem de merito ofonis/ ubi dixi: quia multe morientes perdunt suavitatem vnguentum non autem substantiam/ vel meritum principale. hoc tamen promisso/ quia orationem et vnguentum est: et propter hoc habet virtutem sanitiam. **A**d medicinam enim consciuntur vnguenta ista homini et multarum infirmitatum sanitas per ea probata. **N**on est autem morbus vel vulnus vel lesura nulla spualis: cui per vnguento ofonis de non medeat. **C**onsciuntur et vnguenta ad sanctificationem. sicut expresse legit Ex. xxxi. de oleo unctionis/ quod ex quattuor aromaticis specie bus et oleo oliuarum confici precepit dominus. **H**oc autem sunt species illae vices/ mirra prima electa/ cinnamomum/ calamus/ et cassia. **E**t intelligo quia cassia ista est lignea/ vice que est rubi coloris/ boni saporis pariter et odoris. **H**oc igitur oleo unctionis caput aaron in consecratione ipsius profundebat. sicut crisimate et oleo secundum profunduntur manus et capita pontificum hodie in ecclesia dei. **N**ihil enim efficacius ad prestandum gratiam sanctificationis/ quam ofono/ pilla mitem san-

ctificat in ecclesia dei/ quecumque in ea sanctificantur. **Q**uapropter ad ipsas alias orantibus quanto manifestum illud esse efficacissimumque manifestum est. **S**i enim in ea que foris sunt/ hoc est extra animam/ ministri sanctificatis/ eosque potest orare: ut omnia sanctificata per illam sanctificantur/ quanto fortius in aliabus/ in quibus est et ex quibus exiit/ et procedit ad deum: in gratia sanctificationis efficitur. **C**onsciuntur vnguenta ad nitorem et candorem corporis: quis autem ignorat qui vel ad modicam virtuositatem ofonis apprehendens: quod est nitor/ quanto ve decorum per virtutem ofonis prestet digne et decuote orationib. **Q**ue anima humana adeo tenebrosa/ adeo deformis est/ ut illam orationem non splendifiet et decoret. **C**hiuntur et vnguenta ad conservationem corruptionis. sicut apparet euidenter tibi in his vnguentis quibus conduntur corpora mortuorum. **A**d hoc enim vnguentum homini sit/ ut a putredinibus et vermis illesa conserventur. **M**anifestum est autem ofonem frequentantibus et gratiam deuotiois in eadem habentibus/ quanto ista consumptuosa spiritualiter ofonem non abesse. **N**on enim possibile est assidue orantibus/ vermes vteriorum et peccatorum putredineque corruptionis spualis noce re posse. **S**imiliter non est dubitandum/ quia nec durare in eisdem potest. **E**t si quisque in eos irruat virtute ofonis extinguuntur. **C**onsciuntur et vnguenta ad odorum suavitatis atque flagrantia. **E**t iesi audisti ex testimonij lib. Apocalypsi/ odor suavitatis flagrat in aula celesti ex ofonibus sanctorum/ etiam quod adhuc in terra peregrinantur. **Q**uanta igitur credenda est flagranta et ex ofonibus sanctorum/ qui iam cum christo domino regnant: quibus tanta est affluentia aromatum spualium/ ex quibus odoramenta ofonum consciuntur. **P**otissimum autem ex ofonibus dei ac salvatoris domini nostri iesu christi/ qui enim quod est homo et apotheca est omnium aromatum/ omnia alia donorum vices et gratiarum atque virtutum incognitabili precellentia transcendentium. **Q**ualem autem est flagranta ofonis gloriose genitricis eiusdem: quotiens pietatis et dulcedinis eius dignatio est exorare christum/ ac benedictum suum filium per nos. **C**onsidero si per singulos scos angelos et bras alias considerationem homini feceris/ inestimabile et incogitabile flagrantiem/ ex aggregatione omnium celestium ofonum certissime esse vel aspirare certissime cognoscere. **D**e merito vero ofonis de quo mentionem feci/ sciendum est: quod duplex est vice principale et secundaria. **E**t principale quidem est remuneratio

b

# Capitulum

nis seu felicitatis eterne. Et intendo illud p̄n-  
cipale esse: quia ad ipm t ppter ipm omnia alia  
merita tribuunt. Et ad h̄ ipsa charitas: q̄ ra-  
dix ē om̄ meritorū p̄ncipaliter donat. Lū er-  
go ōrō ē ex hac radice: merito isto nunq̄ frau-  
dat sed ei semp̄ debet. Huius nāq̄ radicis rati-  
one meritoria est ōrō p̄ncipaliter t ppter feli-  
citas eterne. Sc̄daria vero merita sunt con-  
seruatio ḡf: augmentū ipsius: t remissio vel  
diminutio pene merite: om̄iaq̄ alia bona da-  
ta: que in orōne ab vniuersali datore bonorū  
obtinent. Et h̄ sunt que p̄ncipali merito: fer-  
uor orōnis: puritas t deuotio lachrymarūq̄  
pluia supaddunt. Quia igit̄ voluntantes  
t irruentes musce. i. cogitatiōes prae: in orā-  
tiū cordibus cām t radicē meriti p̄ncipalis  
quā p̄nominaui nō extinguit siue mortificat.  
H̄o nec p̄ncipale p̄mū auferūt. Causa em p̄  
manente illesa t integra h̄mōi: necesse est et  
ei effectum p̄manere. Sc̄iendū est etiā tibi:  
quia de secundarijs meritis: ex affectib̄ orō-  
nis est diffugatio demonū: t diminutio pote-  
statis ipsorum.

Quare viri sancti difficile habent gratias  
deuotionis. La. XLV

**Q**uod si quis in-  
terroget quare viri sanctissimi vix et  
tam raro: gratia deuotionis t piauz  
lachrymarū irriguū habēt. Pctōres x̄o spur-  
cissimi t manuissimi: facile habēt eas interdū.  
R̄ideo in h̄: qm̄ admiranda ē mirabiliter q̄  
laudanda dei nři misericordia: que tam indignis:  
tam promptā tāq̄ parata se exhibet: atq̄ ad-  
iutoria quib̄ tanti pctōres ad grām iustifica-  
tionis siue conuercionis adiuuent: tam beni-  
gne eisdē tāq̄ facile largit. Hāc puto eē cām:  
vicz ut cariora illa habeat t soli ḡre illa attri-  
buant. iuxta sermonē beati Augustini dicen-  
tis: quia christū non nouit q̄ alijs q̄ ḡre dei ali-  
quid attribuit. Debet tū scire cū his: quia im-  
manitas scelerū: t monstruositas pctōz: oc-  
casione nō modicā dat timori dei t erubescen-  
tie t alijs qbusdā donis. Puritas x̄o p̄sciētie  
t virtutē fiducia: securitate interdū generat ī  
electis. Et ppter hoc nō nunq̄ gaudiū tribu-  
it. De gaudio certū est tibi: quia merorē cor-  
dis t luctū excludit. Nec ppter eundū ē tibi ex-  
emplum qđ ad hoc inducere cōsuevit: vicz de  
piris t pomis: alijsq; fructib̄ qbusdā v̄mes ī  
se habētib̄: quia maiorē suavitatis odorē spi-

XLV

XLV

rant q̄ fructū suauissimū t illesi. V̄ermes em̄  
calore suo adiuuant calorē naturalē in eis: p̄  
pter qđ facili mātūescūt: t odorez debitum  
spargunt verminosī fructus. Sic t aliquou-  
ens horrifica atq̄ monstrifica virtus t p̄ctā ad  
iuuant timorē horrōre t verecūdiā: t irā: qđ  
ad irascendū contra semetipm: ex qb̄ grain-  
terne penitūdinis t odoramentū oratiōis  
non modicum adiuuantur.

De merito illius orationis in qua non co-  
gitat actu quis deo. La. XLVI



**Q**uis autem  
quesierit qualis sit vel durat meri-  
tum orōnis: q̄ agminib̄ muscaz  
morientū refertissima est: t s̄tē epitu carundē  
tumultuosa: qualiter eterne remuneratiōis  
p̄mū p̄ orōne alijs mereri pōt? In q̄ nec de-  
deo nec de p̄mio h̄mōi cogitauit: aut actu eti-  
am curat. R̄ideo in h̄: quia si cū pegrinatiōe  
qua qđ visitat limina scōz: meret suffragia eo-  
rum: de qb̄ in p̄posito solo vel initio cogita-  
uit. Nō em̄ facile ē: nec vñq̄ credo euenisce:  
aliquē ex h̄mōi pegrinantib̄ p̄ passus singu-  
los de suffragijs scōz ad quorū ecclias v̄l me-  
morias pegrinant̄ cogitasse. Possibile aut̄ ē  
vt nec vno pūcto t̄pis de eis cogitet ex illis.  
Occupant em̄ t labore itineratiōis: t soli-  
citudine necessariorū ad illā: t alijs irruētib̄  
t emergētib̄. Uerū quia voluntas siue inten-  
tio obtinendi suffragia h̄mōi: causa ē t radie  
totius pegrinationis illi: tota meritoria ē il-  
lis pegrinatio ipsorū. Et exemplū cūdientis  
similitudinis in lapide qui iacit: vel sagitta q̄  
trahit arcu. Nō em̄ cogitat iaciēs de singulis  
ptibus spacijs: qđ lapis ille v̄l sagitta trahit:  
Sicigit vñ impulsū: debet rotius illius spa-  
ciū trahit: t singulariū ptii illi: cū nec de illis  
actor: vel tractor: nec de alijs eorum cogitauit.  
Hic vñ impulsū voluntatis siue intentionis:  
ei q̄ pegrinat̄: debet rotius mot̄ pegrinatio-  
nis: t singule p̄tēt̄: licet neq̄ de illis neq̄  
de aliqua carū pegrin̄ ille cogitauerit. Et p̄  
pter h̄ tot̄ mot̄ ille meritor̄ ē eidē. Sic di-  
code orōne t ptibus ipsi: qm̄ p̄me ac p̄ncipa-  
li voluntati: ex qua ōrō cepta ēlicet mēs orā-  
tis ad alia euagēt: et alia in cor eī irruant v̄l  
simergat: ppter intentionē ipsi: t cogitatū. Ofo-  
tū tota p̄me voluntati t intentioni attribuitur  
t eī ē. Et ppter h̄ ex illa: t p̄ illā meritoria iu-  
dicat. Om̄is em̄ opatio ex radice voluntatis

## XLVII

ex qua est: vel bona vel mala: vel meritoria: vel  
alterius modi iudicanda est. **Juxta** finones  
**Amb**. dicentis: quia non attendit deo<sup>r</sup> q̄tu<sup>r</sup> s̄  
ex quato: et q̄tu<sup>r</sup> intendis tui facis. **Qui** fino  
nes intelligendi sunt in eis opibus: que ex ra  
dicibus intentionū et voluntatū mutari p̄nt:  
quod dico p̄per illas que in semetip̄sis male  
sunt: sicut est fornicari: furari: adulterari: que  
nulla bonitate radicis bene effici p̄nt. **Fa**c ad  
hoc idem sermo beati Gregorii quo dixit: qa  
nihil habet viriditatis ramus boni opis: nisi  
p̄cesserit de radice charitatis. **D**ebe autem re  
minisci eorum que dixi tibi de cogitationibus:  
et alijs in corde orantū irruentibus: quia nisi  
radicem: hoc est principalem voluntatem: et hec  
est intentio: mortificauerint et ipam ofonem  
sibirapuerint: ita ut ex eis ab eis pcedat me  
ritum ofonis p̄ncipale: s̄ afferre non possunt.  
**C**ā autem in hoc ē: qm̄ radit et cā meriti: que p̄n  
cipalis voluntas est: siue intentio illesa q̄tu<sup>r</sup>  
ad essentiam suam permanet cum ip̄sis.

**D**e igne et gladio qui debet esse in sacri  
ficio orationis. **La.**

XLVII

querit utrum ab his que mactāda vident in se  
vitia q̄ciq; vel peccata non satis pueniēter of  
ferunt absq; sacrificio qd̄ pdixi: quo sc̄z mactē  
tur illa et mortificent vel in ipsis oronib; v̄l  
ante. **N**eque enim ad sacra mysteria cuiq; tali ac  
cedendum ē absq; p̄paratione huius sacrificia  
tionis et sacrificij. **P**ropter h̄ dictū ē in ps. **D**i  
rigat oīo meas sicur incensum in cōspectu tuo  
